

## CARMINA PARENTINA\*)

### I

#### Ver Parentinum

Vernans mare  
                         cantilenam canit dulcem,  
susurroque blandiloquenti  
Zephyros omnes expergit.  
Omnia lucem  
                         serenam,  
clamat solis lucem.

Cuncta placide serena—  
in sole omnibus os est mutuum.

Ubi raptor cordis mei?  
Ecce in alis avium hilarium...

\*

#### Meridies

Umbrae omnes sub comis pinorum dormiunt.  
Cicadarum carmina  
                         prius resonantia  
fiunt minus loquacia.  
Nunc requies plena lucis ut avis  
mare et omnia protegit suis alis.

Postea ex itinere maris immenso  
ventus caeruleus  
                         ferens lyram veniet,  
ut omnia rursus carminibus recentioribus  
omnia excitet et cum eis somnia.

\*

[*Parentii, Id. Aug. MCMLIX*]

Zagreb.

T. Smerdel.

---

\*) *Parentinus adj.* ab nomine antiquae urbis Parentium hodie Poreč in Histria, regione Jugoslaviae.